

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De dysenteria liber sistens praeter completam dysenteriarum in annis 1778, 1779 et 1780

Birnstiel, Franz Heinrich

Mannhemii, 1786

Historia septima

[urn:nbn:de:bsz:31-415928](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-415928)

flammatoriæ dysenterici symptomatum, felicissime finiebatur, inque sanitatem firmam lento ramen gressu Mulier redibat.

HISTORIA SEPTIMA.

Müller Juvenis octodecim annorum, post reiteratos febriles accessus, & dysenterici minoris symptomata, octo dies variantia, hæc tandem die duodecima Octobris adeo exacerbata patitur, ut morbum parentes rustici periculosum declarent. Summi enim subtrunci abdominis, cum hypocondriorum retractione dolores, ægrum vastant; tenesmus alvum octogies & ultra intervallo viginti quatuor horarum, eamque nonnisi parcissimam, foetidissimam, & revera saniosam; urinam ramen suppressam, nunquam irritat. Cutis præ calore mordet quasi, & febris una cum pulsu parvo, contracto, & inæquali, omnia exurere videtur. Respirationem præternaturalem, retractis ad abdomen genibus commodiorem; halitus putredinosus universi oris; immo, vomitus actualis materiæ bilioso putridæ pro tempore allevat, non tollit; accepit Ipecacuannam in pulvere, ex infuso florum Chamomillæ, unde

Decima tertia ter cum levamine, respectu ad alvi stimulum, & ad spontaneos Vomitus habito,

habito, materiam bilioso putridam excrevit; cum tamen de cætero status in eodem maneret.

Solvebantur uncia quatuor pulpæ cassiæ, in feri lactis tamarindinati unciis octo, intervallo duodecim horarum sumendæ. Alvus quidem

Decima quarta copiosior, cum remissione dolorum abdominis, & tenesmi secessit, cæteris immutatis; junxi his.

Decima quinta enemata mucilaginosæ, emollentia, creberrima; verum incassum. Obmutescentes enim abdominis tumentis dolores; sitis delirio; singultus præsentia; fœcum alvinarum involuntaria & parcissima depositio; extremitatum frigus, inter viscidos caput præprimis infestantes sudores; oculorum mœstorum lentus motus; summa corporis inquietudo; debilitas, & dormiturnitio; summe antiseptica indicarunt. Quæ etiam ex Camphora, Cortice peruviano, & sale armoniaco petita sunt. Frustraneam medelam prælagiit die

Decima sexta abdomen pultaceum, indolorum, tumidum, calidumque, ut in febribus putridis; lene delirium cum singultu;

Die decima septima asitia; os apertum, cum naribus, dentibus, & lingua ficcum, aridum,

D 3

nigri-

nigricans; sensuum externorum defectus; convulsiones periodicæ; respiratio anhelosa; oculi pulverulenti; fœtor; frigus, & sordes universi corporis. Absolvebatur Prognosis die

Decima octava hora quinta matutina, ubi æger præsentibus, & non opinantibus parentibus, diem placide reddidit

HISTORIA OCTAVA.

Hægelin procera, & gracilis staturæ virgo, annos viginti novem, vel triginta nata, post perpeßos hætenus per decem dies sævissimos, dysenteriae cruciatus, & varia, e spirituoso- rum classe ad mitiganda tormina, ad reprimendam, & corrigendam alvum tenesmoideam, repetita auxilia ut ajunt domestica; pulverem glandium quercinarum nempe, ex spiritu vini; panem tostum vino rubro ebrium, nuce moschata inspersum, in, & externe adhibitum; ceram hispanicam, cum semine carvi fativi, itidem ex spiritu vini sumtam, ac tandem Theriacam; auxilium meum

Vigesima octava Augusti imploravit. Aderam ei pallidæ, trementi, emunctæ; audivi eam de deglutitione difficili; de ructibus nidorosis cum vomituritione, & summa nausea;
de